

penitet te, cur facis, quæ male fecisti? Si adhuc facis, non es certè penitens. Et Innocen. papa secundus. Falsam penitentiam esse cõstat, cum sic agitur de vno, vt non discedatur ab alio.

Item penitentia est Dei placatiua, secundum illud Ezech. 18. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, omnium iniquitatum eius non recordabor. Sicut e regione peccatum quodlibet facit Deum peccatori offensum, & inimicum, sicut scriptum est similiter, odio sunt Deo impius, & impietas eius. Sap. 14. Sed impossibile est Deum esse placatum eidem simul, & inimicum, adeo impossibile est manentem in peccatis penitentiam agere. Et hoc ostendit Augustinus in vera, & falsa penitentia, ita dicens, Scio dominum inimicum fore omni criminoso. Quomodo ergo qui crimen referuat, de alio recipiet veniam? Hostis enim Dei est, dum offendit perferuerat. Et de hoc Isido. lib. 2. sent. cap. 16. Irrisor est (inquit) & nõ penitens, quo adhuc agit, quod penitet. Nec videtur Deum poscere subditus, sed sub fannare superbus. Ecce non solum in peccatis manens non penitet sed & dum hanc agere simulat; grauius peccat, quoniam Dei irrisor, & sub fannator constituitur. Ideo necesse est prius relinquere peccata, vt per penitentiam misericordiam consequamur. Hinc Esa 55. Derelinquat impius viam suam, & reuertatur ad dominum, & miserabitur ei. Derelinquat per cessationem a peccatis, & reuertatur per penitentiam, & sic consequetur misericordiam. Hæc ideo latius ratione, & scripturis fundare volui, quoniam multos videmus ad penitentiam sacramentum conuolare, qui tamen peccata non deserunt, putantes se sola confessione mundari, quod erroneum est. Oportet Ergo, qui per penitentiam Deo reconciliari desiderat primò ab omni peccato cessare, & ad hoc primò summopere conari, & dum cessatū est, de commissis per penitentiam veniam præstolari.

Et hoc est, quod dominus in euangelio hodierno factū simul, & verbo nos vo-

luit erudire. Ait. n. euangelium, Ductus è Iesus &c. Quid. n. est q̄ dominus acturus pro nobis ieiunium quadraginta dierum, & noctium, (quod ieiunium ad penitentiam pertinet tanquã pena satisfactoria p̄ peccatis) ductus est à spiritu sancto in desertum? Nunquid manes in populo ieiunare non potuit? liquidè crebro eius ieiunia frequenter in euangelio designantur. Nunquid illi presentia ad ieiunii solutionem illiciti potuit, q̄ & in panes lapides transmutare, ac multa in deserto millia diuina potuit virtute cibare? & per hoc in sua semper potestatis presentia cibos, quos voluit, habuit, & ex eis potuit manducare? Aut nunquid vanam gloriam ex ieiunio timuit, qui dumis miraculis claudit, in quem peccatū cadere non potuit? Non hoc timuit, sed exemplum nobis dedit, suo nos factò erudiuit, qđ peccatorem volentem agere penitentiam recedere oportet animo à seculo, sicut ipse abscessit corpore. Quodque sicut Isido. ait vbi supra qui præterita vult plangere, & actionibus secularibus incubare, iste mudatione nõ habet, q̄ adhuc agit, quæ penitendo deslere potest. Actiones seculares, intellige actiões peccatum implicantes.

Denique audistis, quibus respondis dominus in prima sui congressione tentatori sathane respondit, quibus omnes insipientes, atq; anhelantes ad obtinendū hereditatē Dei cultoribus p̄missam, qđ in primis agant, informat. Hoc. s. quod dictū est, quod primū cessent à peccatis. Quod. n. suggerenti ieiunii solutionem respondit, Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Quid aliud fuit dicere, quam cupienti viuere vita, quæ non labitur, nec deficit, quaerenda est vita, ac nutrienda per verbum Dei. Ergo, reiquia scriptum est, Iustus ex fide viuit. Abacuc 2. & Galat. 3. Fides autem ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Ro. 10. Et quid est, quod fides verbi Dei nobis couendat, nisi quod mihi. i. qui talia agunt, qualia enumerat Apost. 1. Cor. 6. Item ad Gal. 5. Idola-

Quid est
quid do
cuit nos
Christus
per re-
sponsa, qđ
dedit dia-
bolo.